

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ

*Vitam & Merita M. ISAACI B.
ROTHOVII,*

Episcopi q. Aboënsis,

Exposituræ

Particulam IV:tam

Consensu Facult. Theol. in Reg. Acad. Ab.

publicæ disquisitioni subjiciunt

Mag. JACOBUS TENGSTROM,

S. S. Theolog. Prof. Reg. & Ord.

& Respondens

ERICUS OLAUS SELLIN,

Angermannus.

In Auditorio Majori die 15 Junii 1799.

Horis a. m. consuetis.

ABOË

In Officina FRENCKELLIANA,

THESES RESPONDENTIS.

THES. I.

Religioni cuidam, si vel & vera fuerit, ex mero auctoritatis præjudicio assensum præbere illum haud decet, cui & acuminis fati suppedit, & officii ratio injungit ut in ea accuratius inquirat principia, quibus placita Scholæ cujusque Theologicæ superstruuntur; quamobrem inertiam potius atque veri incuriam quam pietatem & reverentiam recti produnt, qui cæco & pertinaci suarum opinionum amore ad Orthodoxiæ laudem assequendam grasantur, parum solliciti de argumentorum pretio atque pondere, quibus asserita sua munire aliisque persuadere fatagunt.

Thef. II. Mitius vero de illis ferendum est judicium, quibus humili loco natis nec potestas facta est ad meliores aspirandi notitias, nec ea judicandi & intelligendi vis contigit, ut opiniones religiosas, a teneris retro mentibus suis cum lacte materno quasi instillatas, examinare & sub incudem revocare valeant, quorum itaque est Religionem omnem, si ve vera si ve & falsa fuerit, ad solam praxin revocare, sepositis quibusvis parum sibi proficuis theoreticis et subtilioribus de dogmatum veritate disquisitionibus.

Thef. III. Sobriam itaque dubitationem, quam Philosophi fere omnes, imprimis post Cartesium, uno commendarunt ore, etiam Theologo apprime esse & decoram & utilem, tam res ipsa quam Historia omnium seculorum Ecclesiastica assatim loquitur.

Thef. IV. Hæreses & schismata varii generis inde a primis N. Testamenti temporibus Ecclesiam Christi dilacerasse novimus; ad mala vero hæc evellenda æque vana fuisse Episcoporum Conciliorumque decreta, ac poenas ab Imperantibus Hæreticis inflictas, simul & constat, & vel inde ad intelligendum facile est, quod nec decretis, nec pœnis prohibitu atque imperio constitutis pareat ratio vero indagando intenta, cui itaque alia quacunque quam argumentorum vi assensum extorquere nec juvat, nec licet.

Thef. V. Quamvis varia contra Censuram librorum Theologicorum moneri & possint & soleant, potiora tamen nobis videntur argumenta, quæ eam retinendam svadent in gente a scientiarum luce & liberali quavis cogitandi ratione adhucdum aliena, modo ita finiatur Censuram potestas, ut ne superstitioni & hierarchiæ saveat.

gratiosissime ornaret stipendio, Rex GUSTAVUS ADOLPHUS, hoc suffultus a. 1626 & 1627 varias Germaniæ salutavit Academias, studio jamjam deditus Theologico, quare Jenæ celebrem Theologum *Johannem Gerhardum* inprimis audivit, (quo Præside & Dissertationem Theologicam ibidem a. 1626 edidit de *Personarum Divinarum Trinitate*) donec ejus commendatione eximia munitus (*) patriam a. 1628 revereret, reduxque regiis litteris Theologiæ Professor Upsaliæ designaretur. Cum vero tum temporis nulla ad istam Academiam vacaret Professio Theologica, *Lector* Theologiæ Scholæ Aboënsis interim creatus est (**); quo munere, quo se dignum probaret,

G Li-

(*) In Epistola dedicatoria ad *Ax. Oxenstierna & Joh. Skytte*, (qui ipsum ad Professionem quandam Theologicam Upsaliæ vacantem capesendam invitaverant), quam Harmoniæ præfecit IV Evangelistarum *M. Chemnitii* a se editæ, hæc quæ *Petræum* nostrum spectant leguntur: "Sane nemini lubentius quam religiosissimo & potentissimo Sveciæ Regi servirem, nisi obstacula illa, quæ in litteris prolixè exposui, me vel invitum impedirent. Enitar autem, quibus possum viribus, ut Stipendiarius regius Dn. *M. Æschillus Petreus*, per litteras mihi commendatus, ea instructus redeat Theologiæ eruditionis suppellestili, ut Ecclesiis Svecicis ipsius opera & ului & ornamento aliquando esse possit."

(**) Constat Scholam Cathedralem Aboënsē inde a Reformationis ævo, præter Rectorem, Conrectorem & tres Collegas, in Docentium numero habuisse *Lectorem Theologiæ*, olim *Penitentiarium* dictum, cujus erat inprimis

Licentiati Theologiæ titulum atque honores eodem anno Upsaliæ promeruit, editis ad eos obtinendos duabus Disertationibus Theologicis de *Justificatione hominis peccatoris coram Deo*, Præside *Canuto Lenæo*, & de *Antichristo magno, qui est Pontifex Romanus*, Præ-

Theologiam juventuti scholasticæ prælegere. Vid. *Åbo Tidn.* 1772. pag. 66 & 75. (quo posteriori loco pro Comitibus *Örebroënsibus*, leg: *Norcopensibus*. Cfr. v. *Stjernman* Acta Publica, T. I. p. 581.). Fungebatur hoc munere, eodem anno 1628, quo *Petræus* eidem præficeretur, M. *Thomas Florinus*, (ut mox pluribus commemorabimus) 2:dæ Læctioni Theologiæ in Gymnasio postmodum admotus; unde conjectando dicerem, *Petræo* nomen duntaxat & salarium Theologiæ Læctoris usque eo contigisse, quo Læctiones Gymnasticæ in Collegio Aboensi anno demum 1630 initia ceperint, inde a quo tempore duos Theologiæ Læctores perpetim in Gymnasio docuisse novimus. Apponere interim placet diploma regium, d. 21 Mart. 1628 consignatum, (ex Arch. Regni fol. 179.). *Wij Gustaf Adolph &c. gjöre witterligit, att endoch Wij nådigest hafva förordnadt dett Brevwifwere Wållårde M. Eschillus Petrejus skulle blifwa Profefor Theologiæ utbi Upsala; likwåll emedan der nu ingen Profefio Theologiæ vacerar, hafve Wij fördenskull tilbetrodt och förordnadt, som Wij och i detta Wårt breffs krafft tilbetro och förordna, att han imedertijdb någon Profefio Theologica utbi bem:te Upsala blifwer 1608, skall wara Læctor Theologiæ i Åbo Schola, och njuta det underbåll och beneficium, som Læctori Theologiæ dersammastådes deputerat år.* (Vid. *Åbo Tidn.* 1792. N. 42.) Men så snart någon af ofwånemålte

Præfide *Laur. Wallio*. Inaugurato vero Gymnasio Aboënsi, primariæ Theologiæ Lectioni, una cum Annexæ Ecclesiæ Saguensi præesfe cœpit (*), fuis in utroque officio sedulo invigilans partibus, donec a. 1634 Archipræpositus Civitatis Aboënsis atque Pastor Annexæ Nummis constitueretur (**).

G 2

Pe-

Professioner i Upsala blifver löds, skall förb:te M. Eschill dertill lenda. Och skall han nu till en ingång ställa sig in i förb:te Upsala, och der disputera pro Gradu. Datum ut supra.

GUSTAF ADOLPH.

(*) Cfr. Disfert. Rev. *C. Cavander*, de Parœcia Sagu, p. 7.

(**) Litteris quidem regiis A. 1633 d. 14 Mart. Pastor Carlstadiensium designatus est; succesforque in Lectoratu ei datus *M. Sveno Vigelius*; (de quo mox plura) sed cum minus arrideret *Petræo* hæc migratio, & Cives Aboënses præter hæc ipsum, mortuo *Joachimo Stutæo*, Pastorem summopere desiderarent, petito eorum haud renuit Regia Majestas, prout patet ex sequentibus litteris ad Episcopum *Rothovium* d. 17 Jan. a. 1634 datis: *Wij Christina &c. Wår gunst — — — Ofs hafver, Herr Biskop, Borgmästare och Råd samt thett gemene Borgerskapett utbi Wår Stadh Åboo, igenom theres Uthskickade, underdånigen låtit giffua tilkenna, buru som theras Kyrkioberde M. Joachimus Stutæus år igenom döden sin koos rynchter; Och eburuwåll J, samt Capitulares bassue utbi hans stelle fyra ex Consistorio föreslagit, nembligen M. Ericum Matthiæ, M. Svenonem Vigeliium, M. Martinum Stodium, och M. Thomam Flo-*

Petræum illis annis, quibus Lectoris munus in Gymnasio Aboënsi obiit, scriptum quoddam in publicam emisisse lucem, hactenus non comperimus.

Reli-

rinum; Så är dock theses ödmuکه begeren om M. E-schillo Petræo, efter som han begge språken förstår, och elljest goda qualiteter buffuer. Nu weette Wij Ofs att ibogkomma, huruledes han för detta til Pastoratum i Carlstads är förordnat; Dock ther han någon bättre frucht oppå then orten än een annan skulle kunna skaffa, och then förra Vocationen härigenom ej något præjudicium skedde, see Wij intet bvarföre Församlingen medh honom ej måtte gratificeras; Utban der nägen consideration thermedh wore, då hölle Wij godt, att M. Ericas Mattheæ nempnes ibland de andre fyra til Pastorem, doch så att ingen Församlingen cmott des willja påträngd bliffuer. Och wele att J Ofs Eder meningb härmedh snarest lätbe förnimma. Elliest som the beswåra sig, at J them 2. ne Pastores, een Svensk och een Finsk tilordna wele, Så see Wij intet til hvad thett skall wara nyttigt; utban wele att thermed skall hållas, som för detta altidb sedbwanligitt waritt buffuer. (Separationem Ecclesiarum hic commemoratam fonticis ex causis anno demum 1698 factam esse, docent regie Litteræ d. 28 Jan. & 12 Apr. ejusdem anni datæ. In Archivo Conf. Acad. Ab.) *Befallandes &c.* (Reg. fol. 7.)

Gabriel G. Oxenstierna.

Jacob De la Gardie.

Carl Carlsson.

Pehr Brahe,

Clæus Flemingh.

Causa sic accuratius cognita & ad Regem a Consistorio iterum delata, diplomate regio d. 20 Sept. ejusdem anni Pastoris Aboënsis officium ei traditum est, vacuaque

Reliqua, quæ ad vitam hujus in sedem Episcopalem Aboënsē denique evecti pertinent, olim, si Deo visum fuerit, in peculiari dabimus Disertatione, quam Biographiæ Rothovianæ subnectere constituimus.

2. M. SVENO LAURENTII VIGELIUS, natus Copiæ, (Köping) quæ urbs est Wessmanniæ, unde se *Copia-Wessmannum* dicere solebat. Post domi collocata prima studiorum rudimenta, duce M. Laur. Westhio, eaque Upsaliæ diligenter continuata, summos in Philosophia honores ibidem obtinuit, editis hunc in finem 1623 duabus Disertationibus, altera Præside Joh. Franck, s. Franckenio de nobili & ardua illa questione: num anima rationalis sit ex traduce &c.? altera Præside Jona Magni, de Principiis virtutum Ethicarum; quibus eruditionis speciminibus se dignum quoque probavit, qui non ita multo post Rectoris in Schola Neocopensi præficeretur officio. Cum vero exoticas salutare Camœnas avidè cuperet, relictis scholasticis negotiis Germaniam petiit, præcipuasque ejus per plures annos frequentavit Academiæ; unde rediens Lector Gymnasii Revaliensis & Pastor Ecclesiæ Svevici electus est (*). Hinc, commendante socero Ep.

G 3

Ro-

ejus in Gymnasio provincia jam designato succesori *Vigelio* collata. Ipsum eodem anno etjam ad Annexam *Nummis* accessisse, docet Protocollum Consistorii Aboënsis Eccl. d. 9 Sept. quo scil. die de Inventario Curie Pastoralis Nummensis revidendo petitionem Consistorio detulit.

(*) Male itaque v. *Stjernman* in Aboa Litt. p. 46. eum re-

Rothovio, cujus filiam *Elisabeth* a. 1628 in matrimonium duxerat, diplomate regio d. 15 Apr. a. 1633 ad *Lectionem Theologiæ primariam & Pastoratum Sa-guensem*, post *Petræum*, translatus est (*) ad quæ jun-

ducem Lectorem *Gymnasil Aboënsis* primum nominat, & hinc demum ad *Gymnasium Revaliense* ablegat.

(*) *Wij Christina &c. Gjöre witterligit, att emedan M. Eschillus Olai, som allt härtill haffuer varit Lector Theologiæ utbi Åboo Gymnasio, nu är dådan fordrat till en annan lägenhet; så på dbet at samme Embete igen medb en skickelig och vållård man må försörgd bliffua, dy haffue Wij tilbetrodht och förordnat, efter som Wij och hermedb tilbetro och förordne breffvisjare M. Svenonem Vigelium, at han samme Lectio-nis Theologiæ officium igen må företräda. Och skall han vara förpligtadt at vara Ofs och Sveriges Chrono buld, trogen och råttådigh, skadbe och förderff, dber han förnimmer sådant vara å färde, i tijdb tilkenna gifua, och effter ytterste förmögenhet bielpa til at affvärja och förekomma; Särdeles skall han föregå sine underhaffuande Discipler med ett godt och oförargeligit exempel, och både med lärdom och leffuerne sigb således förholla, som han för Gudb, Ofs och hvar redelig Svensk man tryggeligen wil och kan til swars vara. På dbet han och samma sitt ombetrodde kall så mycket bättre må kunna förstå, dby unne Wij honom alle wilkor och lägenheter, som hans Antecesfor för honom hafft och njutit haffuer; Befallande allom them som wederbör, honom häremot intet binder eller förfång i någon måtto at tilfoga. Til yttermere wisso &c.*

*Pehr Brahe, Jacob De la Gardie, Carl C. Gyllenhjelm,
Pehr Baner, Claes Flemingh,*

juneta munera administranda ipsum versus finem anni has oras accessisse, acta comprobant. A. 1640 in recens condita Academia Aboënsi 2: dus Theologiæ Professor factus, huic officio parœciæque annexæ Sagu præesse ad a. 1652 perrexit, cum ad Pastoratum Pedersörensensem in Ostrobothnia, sibi post M. *Ericum Matthiæ Bothniensem* s. *Forthelium* jam pie defunctum, Collegam antehac in Gymnasio Aboënsi, regiis literis d. 17 Oct. 1650 collatum, accederet (*). Hac vero

(*) Discessum e Gymnasio jam 1638 moliebatur, cum vacaret Pastoris munus in Ecclesia Borgoënsi; quod *Vigelius* ambiisse, & Consistorium quoque Ecclesiasticum Aboënsi ei præ reliquis competitoribus deferre voluisse, ex sequentibus patet: *Emedan Clarisf. Dn. M. Sveno Vigelius, S. S. Theol. Lector, bodbe her i Gymnasio Aboënsi een godb och rum tijab wiidb Scholeembetet, så wål som i Rewle warit bæssuer, och ifron samma mödosamma arbete åstundar bliffua libererat, Fördenskuld och begierer, at bonom Borgo Pastorat nu effterlåtes; Altå emedan ingen war, som b:te Dn. M. Svenoni samma lågenbet kunde förwågra; Altå för hans longliga tjenst och mycket arbetbe skull, och att han motte til rolighet komma, bleff communi consensu beviljat, at Clarisf Dn. Sveno til samma Borgo Pastorat är godkänd, och medb alla Consistorialium votis enbelleligen dertil deputeradt.* (Ex Actis Capituli Aboënsis d. 8 Jul. 1638.) — Hanc suam sententiam Consistorium novo decreto d. 14 ejusdem mensis confirmavit; nihilominus de Beneficio hoc nutu regio aliter constitutum est, & *Vigelius* Annexam Saguensem ad a. 1652 retinuit. — Disensionem quam inter hæc de redditibus suis annuis eum Parœciæ nomi-

ro quiete diu frui ipfi haud contigit, cum anno sequen-
ti

natæ accolis habuerat, eadem Acta in sequentibus com-
memorant, e quibus hæc afferre lubet, quo constat qua
ratione in ruralibus Ecclesiis hoc ævo salaria sua Pasto-
res acquisiverint: *Bleff Sagu Sochnemåns klagan oplåset
emot sin Kyrkeberde M. Sven, om den strångbet han
skulle buffua brukat medb sina råttigheters infordrande;
Doch war icke fullkowlig wittne, som sådant kunde bo-
nom öfvertyga; utan M. Sven jempte Sochnens Full-
mechtige bleffue venner och våll förljkte, och giffuit
efter deres begeren skrifteligen denna ordning: 1. På-
skepenningar af huart hjonelag 4 öre S:mt, och sedan
för Dreng, Pijga, Dotter, Son, och så många som gå
til Herrans Nattwardb 1 öre S:mt. 2. För Barncbrist-
ning giffues intet, utan hemstålles buars och ens frij
wilja efter gammalt. 3. För Kyrkiogångs Hustrur 10
öre K:pmt, samt Ost och Kaka efter gammal plågsedb.
4. Vigningspenningar giffues 16 öre K:pmt och strum-
por efter gammal wabna, som dee sielff kekenna. 5. För
Lyysningszedlar och Brudfolck fordras intet, medb min-
dre det sker aff en frij wilja. 6. Coadjutor skall intet
gåå i Sochnen efter någon råttighet. 7. Skall hållas
Huusfsyn om Prästegårds huus och desz laga byggnad.
8. Qvicktijonde giffues buar tijonde efter Lagb och
Konungligh Breeff. (Ex Actis Conf. Eccl. Ab. d. 15 Nov.
1647.) — Tandem post plurium annorum expectationem
& impigros tam ad Gymnasium quam Academiam exant-
latos labores, paræciam Pedersöre opinam obtinuit,
quam & hac conditione, ut *Vigelio* cederet, indivisam
Consistorium voluit decreto d. 17 Oct. 1650 hunc in mo-
dum lato: *Voro 2 Bønder af Pedersöre Marck, hvilka
bo 10 mijl ifrån SäteKyrkian och i skatan längre til**

ti 1653 repentina & inopinata morte e vivis discederet (*).

Perhibet v. *Stjernman* (**) eum e Coniuge jam dicta Ep. *Rothovii* filia IV suscepisse liberos, III filias, quarum *Anna* a. 1630 d. 1 Jan. & *Brita* a. 1631 d. 23 Mart. Revaliæ, minima vero natu *Catharina* in *Sagu* a. 1633 d. 12 Dec. in lucem editæ sunt, & I filium *Isaacum*, natum Revaliæ a. 1632 d. 26 Jun. qui sub Patris præsidio a. 1650 Dissertationem edidit Theologicam de *Universali Dei Patris voluntate circa hominum salutem*, cujus vero fata ceteroquin plane ignoramus. (***)

Fratrem habuit *Petrum*, Juris utriusque Doctorem,
H

16 mijl, - - - begerande deras Caplan Herr *Johan til* deras särskilde Pastorem. Consistorii mening är thenna, at härmedh bolles stilla til H. K. M:ts egen Resolution, hwad om Personen bliffuer statuerat; Om någon ex Consistorio, så är betänkeligit; men kommer någon gemen, kan delningen väl skee. (Vid. *Åbo Tidn.* 1792. N. 23.)
Aboam tamen ante medium anni 1652 non reliquit, salaria sua hic ad tempus *Johannis*, venia Consistorii, retinens. (Cfr. Prot. Conf. Acad. d. 7 Apr. 1652.)

(*) Vid. Disfert. M. *Job. Henr. Aspegren*, de *Pedersöre*; P. I. p. 16. ubi ex Registro Ecclesiæ *Pedersörens* affert eum mortuum af någon olyckelig händelse, hwartil han dock sjelf varit vållande.

(**) *Nya Svenska Biblioth.* 2 B. p. 272.

(***) De reliquis *Nostri* scriptis, haud multis, consulantur v. *Stjernman* l. c. & *Lidén Catal. Dispp. Abb.* p. 206.

rem, Asfesforem denique Regii Diasterii Aboënsis, & nobilitatum nomine *Ekenberg*. (*)

THEOLOGI INFERIORES.

I. M. THOMAS FLORINUS, Norfindus, natus Patre *Thoma Eskilli*, Scriba Arcis Aboënsis, ut perhibet *Genealogia Surfilliana* ms. (**). Cum raro admodum mentionem ejus faciant Acta atque Annales sui seculi, pauca sunt quæ de ipso novimus. In Dedicacione Orationis *Erici Sill*, Ostrob. *de gaudio Christianorum in Cælis*, a. 1628 Upsaliæ habitæ, inter M. *Gabriel Melartopæum*, Scholæ Ab. Rectorem, & M. *Mart. Stadium*, Scholæ ejusdem Conrectorem collocatus, appellatur *S. S. Theol. ibid. Lector*; quo titulo & insignitur in Disertatione Synodali *de Magistratu Politico*, quam in Synodo Aboënsi a. 1629 defensam Holmiæ eodem anno typis impressam ediderat; unde patet ipsum his annis nondum Lectorem Gymnasii jam tum instituendi designatum fuisse. Et quamvis annum quo in novo hoc Lyceo Theologiam docere cœperit certo quodam testimonio definire haud valeamus, nulli tamen dubitamus, quin inde a Gymnasii incunabulis circa a. 1630 Lector Theologiæ 2: dus s. Inferior ibidem fuerit usque ad a. 1633, cum regiis litteris, quæ d.

19

(*) Vid. *v. Stjernman* Bibl. Sveog. T. 2. p. 547, & del. Matr. D. I. p. 441.

(**) De hac vid. *Minnet öfver Bisk. Terferus* p. 54.

19 Maji. in Consistorio recitabantur, Pastoratui Wafenſi admoveretur; (*) quem, una cum Præpoſitura auſtralis Oſtrobotohiæ, ad a. 1648, quo diem obiit ſupremum, tenuit. (**)

Ex ſcriptis ejus nobis plura non obvenere quam allata Diſſertatio Synodalis, & Explicatio quædam Catecheſeos minoris b. *Lutheri*, ad rudiorum captum accommodata, ſermone Latino, propoſita Aboæ a. 1628, ſed poſt demum typis vulgata Holmiæ a. 1634. (***)

H 2

Ei

(*) Cum in dedicatione Diſſertationis *Birgeri Rotbovii de Potentia & Actu* Roſtochii a. 1632 impreſſæ, dicitur *Gymnaſii Aboëniſis olim Lector Theologiæ*, vocabulum *olim* ex errore hic ſine dubio irreplevit. (Cfr. Cl. *Alopæi* Diſſ. cit. p. 43.) Quo anno Eccleſiæ *Lundo*, quæ alteri Theologo Annexæ loco a R. *Guſtavo Adolpho* a. 1630 aſſignata eſt, præfectus ſit, haud liquet; Eum vero a. 1634 ejus fuiſſe Paſtorem, docet dedicatio Orationis *H. Brenneri de vitio ebrietatis*, Upſaliæ die 1 Jun. 1634 habitæ, in qua *Theol. Lector, Paſtor in Lundo & propinquarum Eccleſiarum Præpoſitus* dicitur.

(**) Inlauſta ipſi quondam contigiſſe connubia, hæc ex Actis Capituli Ab. annotata innuunt: *Bleſſ uplåſit Caplanernes ſkrift af Waza, om M. Thomæ öſſuergijne Huſtroo, om boon kan komma til Echtenſkap medh een löös Drengb, ſom benne will baffua, och boon är belägrat aff? Sententia: Tillåtes att han bygger Echtenſkap medh benne; doch wijgas de i näſta Sochn, men icke i Staden, och beſtitar Borgmeſtare och Rådth att dee må komma utbur Stadhen.*

(***) Vid. *Schefferi Svecia Litt.* pag. 318.

Ei tam in Gymnasio quam Pastoratu Lundoënsi
succesfit.

2. M. ERICUS MATTHIÆ BOTHNIENSIS, f. FORTHELIUS (*), natus 1602 in Parœciæ Pedersörensif pago Ytterpurmo, parentibus rusticis *Matthia Andree & Brigitta Beronis* (**); qui, postquam a. 1608 Norcopiam migraverant, filiolum Scholæ urbicæ informandum tradiderunt, qua institutione & diligenter usus est, usque quo a. 1620 Scholæ Neocopenfi adscriberetur, ubi insigni favore ipsum amplecti cœpit tum temporis Pastor Civitatis, postmodum Episcopus Aboën-

(*) Synopsin vitæ ejus, haustam ex sic dictis Personaliis, Concioni funebri annexis, quam in ejus obitum Holmiæ a. 1650 habuerat Doct. *Ericus Emporagrius*, exhibent *Abo Tidn.* 1773. N. 14.

(**) Cfr. seriem Pastorum in Pedersöre, *Genealogiæ Sursiliana* appensam, & Disfert. M. *Joh. Henr. Aspegren*, de *Pedersöre*, P. 2. pag. 81, quæ docent rucolas fuisse Parentes ejus, non mercatores, prout conjicit, qui vitam *Fortbelii* in *Abo Tidn.* l. c. exposuit. Quibus vero causis permoti patria rura hi reliquerint, & Svethicas oras cum pufillo filio petierint, explicare non valeamus, nisi conjectando Patrem navium fabricandarum fortassis peritum, (quam artem coloni ejus regionis parœciæque & olim assabre per urbes patriæ exercuere, & hodiernum egregie callent), evocatum & conductum fuisse ad eandem Norcopiæ & Neocopiæ exercendam, quo factò filiolum Scholarum harum urbium disciplinæ committendi ansam ipsis oblatam fuisse exoptatissimam verè omnino videtur simile.

boënsis, M. *Isaacus Rothovius*, cui postmodum & fortunam & munera debuit. Postquam in Gymnasio Strengnesensi scholastica studia ulterius perfecerat, ad Upsaliensem Academiam se a. 1625 contulit, ubi egregiæ ejus ingenii & animi dotes brevi ita innotuere, ut a Senatore & Thesaurario Regni *Gabriele Oxenstierna* ad filios *Gabrielem* & *Benedictum*, adfinemque eorum *Thuronem Bjelke*, instituendos vocaretur. Patrono vero suo insigni *Rothovio* a. 1627 Aboam ad munus sibi delatum Episcopale capesendum proficiscente, informationem liberorum Evergetæ sibi propensissimi in se suscepit, ejus domo & mensa per tres annos fruens, donec a. 1630 favente *Rothovio*, Logices & Eloquentiæ Lector in Gymnasio Aboënsi designatus est, edita eodem anno Upsaliæ, Præside *Johanne Staleno*, Disertatione Psychologica *de essentia & origine animæ rationalis* (*). A. 1629 Sacris Ordini-

H 3

bus

(*) Cum Ep. *Rothovius* A. 1629 Holmiæ typis divulgaret Orationem, cujus supra p. 22 meminimus, de *Ministerio Ecclesiastico*, gratulationes & Hebraica & Syriaca lingua confectas eidem apposuit *Fortbelius*, se *nutritium* Episcopi (nondum vero *Lectorem*) appellans. In Epistola vero quadam consolatoria ms. ex *Pargas* die 14 Nov. a. 1630, ad amicum *Boët. Muurenium*, postmodum Mathes. in Gymnasio Aboënsi Lectorem, pestifero morbo correptum, data ita diserit, ut facile hinc pateat, eum jam ad publicum gerendum munus designatum fuisse. Hæc vero ejus sunt verba: *Cogitando forsitan assequi poteris, o Boëti, magnam apud me omnium rerum difficul-*

bus initiatus est, & ab a. 1631 ad a. 1632, quo anno & Gradum Magisterii Upsaliæ consecutus est, Rectorem Gymnasii egit (*). *Florino* vero ad Pastoratum Wasensem translato, vacanti post illum Lectioni Theologicæ præfectus est *Forthelius* diplomate regio d. 11 Aug. 1634, (**) vi cujus Annexa Lundoënsis ei etiam

tatem, qui cogor quamdiu Deo placuerit, ædibus Episcopi uti & mensa, donec sopita lue (cfr. supra pagg. 27 & 28) ad studia & officia publica redire fas sit, ac proinde non posse me, ut maxime vellem, subsidio aliquo tuæ necessitati subvenire, neque, quod ex debito tenor, exsolvere. (In Collectione Cel. Prof. Porthan).

(*) In litteris ipso die Laurentii 1631 ad Dn. *Johannem* Pastorem in *Perno* misis, se *Gymnasii p. t. Rectorem* subscribit, quo titulo & ipsum ornat *Birg. Rotbovius* in dedicatione sæpius commemorata Dissertationis *Rostochii* d. 2 Mart. 1532 habitæ. — An ante *Forthelium* quisquam Rectoratum Gymnasii gesferit, quisque is forte fuerit, non constat. *Forthelium* vero Magistratum Gymnasii *B. Muurenio* tradidisse, huncque biennem Gymnasii nostri egisse Rectorem comperimus, cui *Mart. Stodius* a. 1634 d. 17 Oct. in Rectoratu succesit. An hic itidem per duos annos ei præfuerit, vel an alius, *Stodia* post annum decedente, fasces Gymnasii administraverit ad a. 1637, quo *Joh. Orbergius* eos tenere cœpit, nescimus. Ultimus Gymnasii Rector fuit *Georg. Alanus*, a. 1639.

(**) *Wij Christina &c. Gjöre witterligitt, att efter som M. Thomas Florinus, som för thetta bassuer waritt Lector Theologie uti Åboo Gymnasio till een annan lägenbet är förordnatt, och Wij icke mindre wele*

tiam cesfit, frustra in Consistorio renitentibus Parœ-
ciæ hujus accolis (*). Cum litteris regiis d. 26
Apr. 1636 ad Pastoratum Pedersörensem promoveretur,
Præpositus Generalis (*General-Landt-Probst*) totius

*att samma Lectio Theologica skall bliffua wijdb macht
hållen så här effter som hårtill; Så emädan Ofs breff-
wijfare Vällärd M. Ericus Matthiæ Fortbelius utaff
Consistorio Aboënsi är recommenderad att vara dertill
noghsam bequäm och skickeligh, haffue Wij förden skull
tilbetrod och förordnat, som Wij och härmed tilbetoo
och förordne honom till Theologiæ Lectorem utbi bem:te
M. Thomæ ställe dårsammestådes. Och skall han näst
den underdåniga trobeet och plicht han Ofs och Sveriges
Chrono åbr skylligh att bewijsa, derom våra omsorg
och åbuga, att hans Discipler utbi den Faculteten, samt
alla Chfristeliga dygder och oförargeligit leffuerne, tro-
ligen och sligteligen må instruerade bliffua. På det han
och samma sitt ombetrodde Kall så mycket bättre må
kunna förestå, dy unne och effterlåtbe Wij honom alle
willkor och lågenbeeter, som hans Antecessor på sitt
embetes wegner för honom hafft och njutbit haffuer.
Der alle som &c.*

Gabriel G. Oxenstierna. Jacob De la Gardie. Carl
Carlsön Gyllenhjelm. Pehr Brahe. Gabriel B. Oxen-
stierna. (Ex Arch. Regni fol. 688.)

(*) Tangit hanc rem Protoc. Consistorii d. 9 Sept. 1634,
unde quæ sequuntur notabimus: *Woro Lundoboerne til-
stådes, och endteligen begeradbe een anden Kyrckieber-
de, och at de ingalunda wille haffua M. Ericum. Blegg
affagdt, att de skola låtba sigb ndija medh then som
Öffuerbeten them tåckes förordna.*

tius Ostrobothniæ simul constitutus est. Provinciam hanc sibi delatam molestissimam per XIV annos egregie & cum dispendio valetudinis administraverat, cum in Comitiiis Holmenfibus a. 1656 d. 26 Jun. morte obiret præmatura, & in Templo *S. Nicolai* sepeliretur.

Bina inierat matrimonia 1. cum virgine *Magdalena Aftana*, Pastoris & Præpositi in Tóssala filia, ex qua, XIV annos amicissime sibi juncta, XIV quoque liberos susceperat. 2. cum Pastoris Lochoënsis *Gustavi Witting* vidua *Brigitta Johannis*, unius filii matre, quæ aliquot dies post discesum mariti dilectissimi e vivis excessit.

Disertationem Theologicam, de *Extremo Judio* a. 1632 edidit, eamque in Synodo diebus 8-10 Junii Aboæ defendit. Plura mihi non innotuere ingenii & eruditionis ejus publica documenta.

3. M. MARTINUS HENRICUS STODIUS, natus Aboæ a. 1590 d. 9 Nov. (*) Primis scientiarum principiis in Schola Aboënsi imbutus, *Wittebergensem* Academiam adiit, ubi sacris ediscendis linguis imprimis operam dedit, & gradum Philosophicum consecutus est. Hinc redux a. 1627 d. 20 Jun. Consistorio Aboënsi obtulit litteras regias, quibus ipsum Regia Majestas commendavit ad Conrectoratum Scholæ Aboënsis obtinendum post *Sigfridum Henrici*, qui quidem
a. 1625

(*) Vid. Præfat. Disse t. Synod. de *Libero Arbitrio*, quam Præf. *Rothovio* a. 1633, ediderat.